



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

126 Et gratiam & ius hoc nostro cap. contineri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Vocula tantum negationis sapientius non addita sed intellecta.

infrequens est Ie. ea loquēdi phrasī, immò familiaris & frequens eaque perelegans, vt videlicet vocula tantum seu solū seu dumtaxat subaudiatur & intelligatur, vtpote negationi plerumque non addita vbi tamen additam censeret ipsa postulat; quemadmodū variis exemplis ostēdunt Antonius Augustinus Emendationū & Opinionū suarū l. 2. c. 1. §. maximè verò omnium vtile est. & Gilbertus Regius Nosrenus priore suo libello ἐναγριοφαιών c. 7. ac rursus libello 2. c. 10. vbi hūc locū Pauli sigillatim tangit cōtra sui Præceptoris Petri Lorioti sententiā, requirentis vtrinque rem fuisse traditā priusquā ex permutatione nascatur obligatio. quod est à verò remotissimū, quoad eum qui impleuit, vt cui mox ab impletione cōpetat ex obligatione cōtractus permutationis actio, & quidē ex pluribus actionibus optio, nimirū vel præscriptis verbis ad implendā permutationē vel (si pœniteat) condictio causa dati causa nō secuta.

Neque tamen inficior equidem quin gratiam quoque contineat hoc nostrū capitulum (gratiæ nempe fuit non priuasse suis beneficiis hosce permutantes non omninò simoniaca labe carentes vt paulò pōst clariùs ostendetur) sed gratia semel interueniente vel etiam seposita gratia si videlicet legitimè seu canonicè facta fuisset permutatio, ius hic merū quoque statuitur de beneficij ex permutationis causa resignati recuperatione si alter quoque comperutis vicissim non impleuerit permutationē. Est itaque vera in cap. hoc nostro & gratia & ius.

Hac

Obligatio ex permutatione quando nascatur.

Et gratiam & ius hoc nostro capit. contineri.

Hac principali iuris decisione iam satis excussa, consequens est vt varias hinc emergentes alias quaestiones tractemus; quod commodius fiet in singulis capituli clausulis ordine diligenter examinandis & explicandis.

127

De pastoratu
Summ. Pontif.
ficis vniuersali
locus ille
D. Ioannis E.
uangelistae
Pascite oues
meas commo-
dè & bre-
uiter expli-
catus è fonte
Graeco.

Ait Pont. vniuersorum fidelium pastoralis cura sit nobis, &c. Clausula hæc hiërarchica est, lōgè pulcherrima. Sgnificat autem Pontifex ac innuit locum D. Ioannis Euangelistæ cap. vii. in his Christi domini verbis Diuo Petro ter inculcatis *pascite agnos meos, pascite agnos meos, pascite oues meas.* vbi sermo græcus primo tertioq; loco habet verbum pascendi, *βόσκει*; secundo autem, ducendi seu curandi seu regēdi seu gubernandi, *πάσκειν*; præterea primo loco idioma græcum sonat agnos vel potiùs agnellos, *τὰ ἀγνία*; posterioribus duobus locis, oues, *τὰ πρόβατα*. Quibus duobus verborum generibus

128

Summa le-
gislacionis v-
niuersæ Ec-
clesiasticæ,
fidei catholi-
cæ declaratio
& morū
reformatio.

(dico pascendi & regendi) pulcherrimè comprehēditur suprema vniuersi pastoralis officij potestas, tam videlicet in iis quæ fidei Christianæ catholice sunt quasi pro pabulo spiritali præscribendis, quàm in iis quæ ad formandos mores homine Christiano dignos pertinent pro recta vitæ norma sancieendis. quidquid enim vel ab ipso Deo optimo maximo vel ab eius ecclesia seu ecclesie gubernatore Summo Pōrifice nobis proponitur, ad alterum è duobus præceptorum legumue generibus pertinet, aut ad credenda aut ad facienda: vt sic, totus homo & quoad Intellectum & quoad Voluntatem rectè riteque ad regnum cæleste instruatur,

129

Credenda &
Facienda.